Item statuimus et ordinamus quod camerarius comunis qui nunc est vel pro tempore fuerit teneatur

[illegible]

Camerarius

et debeat legi facere in consilio generali omnes expensas factas per eum singulis mensibus ad penam .x. librarum et notarii cancellarie teneantur legere ad dictam penam. Quod liceat unicuique

persone monetam falsam incidere.

lxxxxii Item statuimus et ordinamus quod liceat cuilibet mercatori vel alteri cuicumque personae monetam falsam que devenerit ad manus ipsius incidere et devastare pro libito voluntatis, ita et taliter quod expendi non possit sine pena.

Quod iudeus meus non possit esse castaldio.

lxxxxiii Item statuimus ad tollendum omnem vexationem quam habere posset civitas Iudeo meo occasione eius castaldarie sive alicuius officii communis, dictum Iudeum quod Iudeus meus predictus non possit habere aliquod officium communis et ex nunc sit cassus ex officio castaldarie et ab omni alio officio quod habere posset et quod nullus possit eum ad aliquod officium eligere et si eligeretur non valeat ullo modo ipsa electio et qui eligeret eum ad aliquod officium communis teneatur solvere nomine pene camere communis .xxv. libras cortonensium, cuius pene quarta pars sit potestatis coram quo esset denuntiatus taliter dictam et quarta pars sit accusatoris et quicumque eligeret eum ut dictum est non possit habere aliquod officium communis hinc ad .x. annos et cancellerius qui scriberet eum in aliquo officio communis teneatur solvere camere communis vice cuiuslibet .x. libras de suo salario et camerarius qui solveret aliquod salarium dicto Iudeo meo pro aliquo officio quod haberet communis teneatur solvere nomine pene communi Amelie .xxv. libras de suo salario. Quod camerarius

non possit expendere de pecunia alicuius condepnati a mense ...

lxxxxiiii Item statuimus et ordinamus quod camerarius communis qui nunc est vel pro tempore fuerit non possit nec debeat expendere vel alicui vel alicui dare de pecunia et denariis solutis per aliqua condepnatione vel exbannimento alicuius exbanditi vel condepnati nisi primo condepnatio seu denarii condepnationis vel exbandimenti soluti sibi fuerint per condepnatos seu exbanditos vel alium eorum nomine uno mense ante et quod nulla provisio fiat nec fieri possit in aliquo consilio per antianos populi vel aliquem alium officialem civitatis Amelie quod expendatur vel detur de pecunia et avere communis soluendis pro condepnatione vel exbandimento alicuius condepnati vel exbanditi communis Amelie nisi primo dicti condempnationis seu denarii condempnationis soluti fuerint camerario communis predicti uno mense antea et qui contrafecerit in predictis vel aliquo predictorum solvat pro banno communi Amelie vice qualibet .C. solidos et quilibet antianus qui de dictis consenserit communiter possit et antianus populi civitatis predicte vel nec eius filii sed potius perpetuo sint exclusi et privati ab omni officio et honore communis et hoc capitulum sit precisum in qualibet parte sui et tolli non possit nec suspendi aliquo quesito colore nec sub aliqua contentione vel aliquo capitulo vel ordinamento communis vel populi loquente in contrarium non obstante.

De pactis factis inter commune Amelie et Petrucium de Poverta.

lxxxxv Item statuimus quod nobilis vir Petrucius domini Iacobi de Poverta non possit vel debeat realiter vel personaliter quoquomodo cogi vel constringi vel aliqualiter molestari vel sui filii vel descendentes ab eis ratione et causa vel occasione alicuius contractus vel quasi contractus delicti vel quasi initi et celebrati facti dicti vel commissi per ipsum Petrucium vel per dominum Iacobum quondam patrem suum vel aliquem ex filiis suis cum quibuscumque personis collegiis seu universitatibus usque in diem hodiernum. Et ratione contractuum vel quasi delictorum vel quasi quemadmodum futurum contraherent fecerint vel committerent de districtu et iurisdictione civitatis Amelie per ipsum Petrucium vel suos filios et descendentes ex eis cum quibuscumque forensibus

et in perpetuum quocumque forensi, similiter modo ipse
prefatus vel sui filii et heredes in perpetuum vel res
reales vel personales ipsorum non possint vel debeant
in curiis civitatis Amelie vel extra aliquo
modo conveniri vel exigi vel molestari aliqua
ratione vel causa per directum vel per
obliquum. Et quod potestas et ceteri offi
ciales communis dicte civitatis Amelie non
possint nec debeant audire vel intelli
gere aliquos querelantes in dictis curiis
de eodem prefato vel suis filiis vel he
redibus occasionibus supradictis vel aliqua earum.
Et si quis processus ordinarius vel extraor
dinarius fieret contra eum in dictis casibus non
valeat nec teneat ipso iure, sed careat omni
robore firmitatis, et nichilominus potestas vel
quivis alius officialis dicti communis quocumque
nomine censeretur contrafaciens et procedens in predictis
vel aliquo predictorum penam L librarum ipso facto
incurrat. Ita tamen quod si dictus prefatus
et sui heredes cum aliquibus forensibus contra
derent aliqua ex dictis causis et ipsi forenses
aliquam novitatem facerent de facto contra ipsum
prefatum seu in locis sitis in territorio
dicte civitatis Amelie, quod in dicto casu
tunc dictum commune Amelie non teneatur ipsum de
fendere. Quod statutum non possit
tolli minui vel suspendi vel aliqualiter
derogari in totum vel in partem, non
obstante aliquo statuto, ordinamento vel
reformatione facto vel faciendo in contrarium
loquente nec aliquo iure canonico vel
civili. Dummodo dictus prefatus pro se
et suos heredes et successores solempniter
se obliget et promictat syndico communis
Amelie solvere omnes datas, mutuas
et collectas communi Amelie pro terris et posses
sionibus quas ipse prefatus nunc habet
et etiam ipse et sui heredes et successores
et descendentes ex eis imposterum habebit

in territorio dicte civitatis Amelie. Et
etiam pro se et suos heredes et successores et
descendentes ex eis facere exercitum et in ex
ercitu et cavalcatam ire contra quoscumque et quotiens
per dictum commune exercitus seu cavalcata fiet et ei
mandatum fuerit pro parte communis predicti. Et etiam
cogi et conveniri realiter et personaliter in curia civita
tis Amelie et sub iudicibus et rectoribus
dicte civitatis in civilibus et criminalibus
in omnibus et singulis aliis casibus qui sunt specifi
cati in statuto predicto sicut cives
civitatis Amelie. Hoc addito quod dictum statutum
statutum non preiudicet in aliquo alicui
promissioni seu contractui inito et facto inter dictum
prefatum et dictum commune Amelie seu eius
syndicum. Explicit liber exordii. Incipit

Liber pontium, castrorum, viarum et fontium.

De castro faciendo in monte Scalcinatoli.

Statuimus et ordinamus quod in cima mon 244
tis Scalcinatoli fiat unum castrum
per homines civitatis Amelie habentes pos
sessiones a fossato Fornulis usque por
chianum. Et cogantur omnes homines possiden
tes in dictis locis a sex denariis supra
in catasto civitatis Amelie ad faciendum
in dicto loco unam domum suis expensis. Et
potestas civitatis Amelie teneatur et de
beat vinculo iuramenti ad penam CC librarum
cortonensium de suo salario predicta omnia execu
tioni mandare et etiam predictos homines constri
gnere ad predicta omnia facienda ad penam
predictam. Et si in predictis vel aliquo predictorum
dictus potestas contrafecerit et executioni non man
daverit quod a dicta pena absolvi non possit
et ad dictum castrum ordinandum et fieri fa
ciendum et de loco stratis et viis fieri
debeat prout videbitur inceptis personis. Et
quod quilibet teneatur et debeat possessionem
suam necessariam pro dicto castro faciendo

ac etiam per vim dare et concedere sine pretio
aliquo et ad predicta facienda sint suf-
ficientes una cum suprascriptis dicti comunis in statu-
to posito. Cosius Thomassii et magister
Donadeus Bugarelli et quilibet teneatur
eos cogere et inobedientes punire vel
sint et eis penam imponere .x. s. cort. et
minus prout eis videbitur. Et potestas tene-
atur ipsam penam ab inobedientibus exigere
et habeant pro eorum salario illud quod fuit
ordinatum per consilium speciale dicte Civi-
245 tatis. ¶ De castro Machie reactando.
Item statuimus quod potestas Civitatis A-
melie teneatur et debeat vinculo
iuramenti et ad penam .xxv. librarum de suo
salario et quilibet alius officialis qui
loco ipsius potestatis preerit facere refici et con-
strui et actari castrum Machie in tempore sui
regiminis per homines et massarios castri
predicti et facere fieri omnes paces inter discor-
dantes et inimicos unum contra alterum de dicto
246 castro. ¶ De constringendo possessores per po-
testatem ad vendendum terras massarie.
Ut castrum novum Fornoli de
bono in melius augeatur et qui
massarii sine terra a maliuolis neque
alibi non vessentur statuimus et ordinamus
et presenti statuto firmamus quod omnes et sin-
guli homines habentes et tenentes aliquas
possessiones et terras in monte dicti castri
.s. a possessione Nini Pellegrini et
strata et a fossato et a fossatello vallis
Fontane et a possessione Curii domine mar-
garite usque dictum castrum infra cogan-
tur precise et realiter per potestatem Civita-
tis Amelie ad vendendum dandum et
concedendum dictas eorum terras et possessio-
nes dictis massariis castri Fornulis
pro pretio et extimatione per unum (?) lapidum ma-
ssariorum extimatorum positorum per potestatem

habitorum in dicto castro Fornolis et
maxime aliorum hominum venientium per pre-
dictorum qui possessiones habent in terra
et fines faciendos et eo potius homines predictos
novando. Cogantur per potestatem dictum extimo
facere bona fide et cetera. Dies quibus predicta
fiant preceptum. Et si predicti quorum sunt
possessiones dicte vel forte negarent vel
contradicent vendere et concedere ut dictum est sol-
vant comuni Amelie nomine pene .C. libras.
Et nichilominus vendere teneantur. Et potestas
predicta omnia et singula observare et facere tene-
atur ad penam .C. librarum de suo salario sol-
vendam camerario comunis et hoc capitulum tolli non
possit consilio vel arenga. ¶ De fonte
247 Cernocchii actanda. Rubrica.
Item statuimus quod potestas teneatur in
principio sui regiminis infra unum mensem
ad penam .xxv. librarum cort. facere actari fontem
Cernocchii per adiacentes dicti fontis ad
sensum et voluntatem Francisci Nicole
et Martini Jacobi et quilibet adiacens te-
neatur eis in predicto opere dicti fontis obedi-
248 re ad penam .v. s. cort. ¶ De Guacta-
torio faciendo apud fontem sancti Secundi.
Item statuimus quod fiat sub fonte sancti
Secundi unum guactatorium pro equis sicut
videbitur Cambio Guidi (?) Galgani et habeat
quolibet die qua steterit ad dictum opus
faciendum a comuni Amelie .v. s. cort.
et quilibet teneatur ei obedire in predicto faciendo
249 opere. ad penam .v. s. cort. ¶ De via vici-
nali eminanda (?).
Item statuimus et ordinamus quod ad petitionem aliquorum
petentium potestas et eius officiales teneantur
et debeant facere eminari cum effectu quilibet
viam vicinalem seu viam [illegible] que est
et vadit et sit ipsa via ampla .v. pedibus
... et predicta fiant expensis adiacentium
Et predicta omnia debeat potestas ad penam

hic dimisit aliud

·xxv· librarum et quilibet alius eius officialis ad
penam ·x· librarum fieri facere tenetur summa
rie sine libello sicut terminata non fuit
Sabinus terram sempronii pactus factus inter partes.

De ponte faciendo super fossatum pettoreli

vij Item statuimus et ordinamus Rubrica. Extra.
quod fiat quidam pons super fossatum quod
inter possessiones heredum domini Bartho
lomei Simbetti et heredum Tagliavalli po
situm in contrata albi et in pede contrate marchian.
Et dictus pons fiat expensis hominum de
monte campan et hominum habentium possessiones in
contrata marchiani prout et sicut videbitur
et fuit ordinatum per dominum petrum Janelli
vel alium per antianos populi civitatis a
meliae ponendum qui possit et debeat ipsum
pontem fieri facere hinc ad kalendas septem
bris proxime venturas et possit pena ·v· solidorum
imponere predicte quolibet pro quolibet de contrate re
cipi facere per potestatem amelie a quolibet non
obediente eisdem vel alicui ipsorum. Et po
testas teneatur vinculo iuramenti predictis su
prascriptis habere et pena ·C· solidorum pro quolibet
imponere quod faciant predicta fieri ut dictum
est in termino dicto. De fonte faciendo
viij in pede campi domini Angeli donadei.
Item statuimus et ordinamus quod fiat quidam
fons in pede campi domini Angeli donadei
positum in contrata sorpontis per adiacentes
ipsi fontis contrate ad voluntatem domini Lodo
visardi et benedicti angelutii quibus vel
alicui ipsorum quilibet de dictis adiacentibus de
beat obedire ad penam ·v· solidorum cui solvere
debeat pro qualibet vice et quolibet ipsorum.

Ut fiat quidam fons in contrata albi

viiij Item statuimus quod fiat quidam fons in contra
ta albi de aqua que est in terra angelu
tii catti per adiacentes et homines de contrate
expensis ipsorum Et tragatur in pede casa
lis Rengocii et ad dictum opus faciendum

sint suprastites Accetellus Jacobutii et Jo
hannes bernardi quibus et cuilibet ipsorum quilibet
de ipsa contrata sive adiacentibus obedire te
neatur ad penam ·v· solidorum cortonensium et nullus in predic
tis aliquod impedimentum prestet nec dare
debeat ad penam ·x· librarum cortonensium.

Ut putey platee communis actentur.

x. Item statuimus quod putey platee communis
actentur et purgentur ad voluntatem Cam
bii domini galgani et Mannis petrucoli Et
camerarius communis ad petitionem ipsorum pro dicta purgatione
et opere faciendo solvat et solvere teneatur
de pecunia dicti communis usque in quantitate ·C· solidorum cortonensium
ad penam ·C· solidorum de suo salario sibi solvendo.

De silicibus civitatis Amelie reactandis

xi Item statuimus quod silices et vie Rubrica. Extra.
civitatis Amelie silicentur secundum modum
et formam quibus sicut fuerunt olim de silices ci
vitatis amelie et ubi de silices devasta
te sunt reactentur modo et forma predictis Et eli
gantur suprastites per antianos populi vel per ma
iorem partem ipsorum ad faciendum fieri et reactari
ipsas silices.

Ut Burgum montis campani muretur

xij Item statuimus quod Burgum montis campa
ni muretur per homines dicti castri et eorum expensis.

De actatione vie ante hospitale fratris corpi

xiij Item statuimus quod via que est ante hospitale
fratris corpi sive strata actetur ita quod quilibet
possit per ipsam viam secure transire et actetur
expensis adiacentium prout et sicut videbitur et
placuerit Ugolino domini ufreducii et Cecho
tocii. De fonte et balneo fornulis faciendo

xiiij Item statuimus quod de aqua balnei fornulis
fiat unus bonus fons et quod fiat bonum balneum
expensis hominum castri fornulis et ad dictum opus
fieri faciendum sit pro suprastite Cucius domine
margarite quod opus fiat in uno anno post
aperturam presentis statuti. De actatione
fontis sancti silvestri. Extra.

xv. Item statuimus quod actetur fons sancti Silvestri de
contrata Orvesbili per adiacentes ipsi fonti. Et sint
suprastites Mancia Nicolay et Pallus Marthio
qui teneantur dictum fontem actari facere ad penam
x librarum pro quolibet. ¶ De actatione fontis

xvj. Item statuimus quod actetur fons publice publice
per adiacentes dicti fontis. Et sit suprastes
Egidius Carnalis. ¶ De fonte faciendo

xvij. de aqua campi domini Petri Bernardi
Item statuimus quod fiat quidam fons de aqua que
exit de campo domini Petri Bernardini et
sit in contrata trisigrani iuxta viam et res heredum
Nordi expensis adiacentium. Et sint suprastites Anglel-
lus Andree et Bernardus Nordi. ¶ De

xviij. fonte faciendo de aqua terre Betti Andree.
Item statuimus quod fiat quidam fons de aqua que
exit de terra Betti Andree in contrata Sterlogni
iuxta res Martini Iohannis et viam expensis adiacentium
et sint suprastites magister Meduldus Cecchi
et Gregorius Ianicelli. ¶ De aqua colli-
genda que decurrit per plateam sancte Marie

xviiij. Item statuimus quod aqua veniens et decurrens
tempore pluvie per viam ad plateam sancte Marie
usque ad ecclesiam sancte Firmine colligatur et
mictatur per quandam coactam fiendam in
dicta via per adiacentes in ipsa via extra
que parte et late ut consuetum est fieri in loco
ubi duobus magistris de petra videbitur et
duret usque ad murum porte sancte Marie ita
quod dicta aqua per ipsam coactam exeat de dicta
platea extra murum dicte Civitatis. Et predictam
dicta facere fieri teneatur dominus Guardianus
et duobus mensibus ad introitum sui officii ad
penam L librarum. Et super dicto opere faciendo sint
suprastites Colaus Matthutii et Bartholus
Massioli. Et pro parte dicte Civitatis detur ot-
tava operaria ad dictum opus faciendum.
Et expense que fierent in dicto opere di-
stribuantur inter adiacentes per dictum
domini Petri et adiacentes intelligantur

quorum domus aqua decurrit ad dictam coactam
et a porta sancte Marie usque ad domum Andree

xx. Benvenuti. ¶ De ponte faciendo in
parte fossati Socie. Rubrica.
Item statuimus quod pro utilitate hominum
contrate Luchiani que in parte sitve com-
munant et Angeli Pauli Paulutii et sitve
Suppiani in fossato fiat et ordinetur unus
pons per quem transire possit tempore aquo-
so expensis hominum contrate Luchiani
et aliorum adiacentium ad voluntatem Marti-
ni Andree et Iacobelli Petri Artimisii
et quod quilibet adiacentium et de dicta contrata eis
dictam teneantur et debeant obedire ad penam
v solidorum pro quolibet et qualibet vice. Et potestas
teneatur vinculo iuramenti ad penam C librarum
de suo salario ordinare quod coctumetur
dictus pons per dictos suprastites ad petitionem
et requisitionem ipsorum. Et si dicti suprastites
fuerint negligentes solvat Camerario Comunis
nomine pene quilibet ipsorum x libras cortonenses.

xxj. ¶ De fonte Nuciachie actanda. Rubrica.
Item statuimus et ordinamus quod fons Nuciachie
actetur et in ea mictatur tota aqua que
exit vel emanat de muro antiquo
comunis Amelie in fosso ante dictum fontem et si
videbitur domino potestati et antianis cum consilio
magistrorum petre et lignaminis quod pro meliori
comunis Amelie esset quod mictetur in alio loco
et cum comunis Amelie teneatur expendere
de pecunia dicti comunis omnem quantitatem ne-
cessariam pro dicto opere faciendo et ad dictum opus
fieri faciendum sint suprastites Angelus
domini Oderisii et Angelus Tadeus Angeli Pauli.

xxij. ¶ De actatione fontis Bactani.
Item statuimus et ordinamus quod fons Bactani ac-
tetur per adiacentes ipsi fonti et per euntes
et redeuntes per dictam viam per quam itur ad
Civitatem Ortanam prout et sicut videbitur
et placuerit magistro Raynaldo Ricardi

pons

qui erunt sit suprastes et quilibet ex eis ad
iacentibus et euntibus et redeuntibus per dictam
viam teneantur et debeant eidem obedire et
ad penam v. solidorum pro quolibet et qualibet vice.

De fonte faciendo de aqua piscarelli capitini

xxiv Item statuimus quod de aqua piscarelli
capitini fiat unus fons cum uno
aquaractorio expensis adiacentium in
ee loco et per eum modum et formam prout
et sicut videbitur suprastitibus eligendis
et nominandis per dominos Antianos Qui sup
rastes sit eligendus aut sint statuti
habeant plenum et liberum arbitrium
in declarando et nominando dictos adiacentes
et in faciendo fieri dictum opus nec non
in precipiendo usque in quantitate v. solidorum
et auferendo penam de facto et executione
executam penam convertendo in utilita
tem dicti fontis et quod per dictos suprastites
factum fuerit habeat plenum robur et
quod potestas et guardiani qui pro tempore fuerint
teneantur et debeant predictis suprastitibus
et eorum cuilibet dare auxilium et favorem
ad penam x. librarum. Hoc addito quod pan
tanos ipsi Salarium predictis suprastitibus
tibi mitiget. Quod potestas et quis alius
officialis teneatur vias supra apprehensas facere re
lassari

xxv Item statuimus et ordinamus quod potestas vel notarius
dampnorum datorum et quivis alius of
ficialis civitatis Amelie teneatur
et debeat ad petitionem cuiuscumque petentis vias
sive stratas communis vel vicinales vel
loca communia inter consortes supra apprehensas
vel supra apprehensa per aliquem facere relas
sari in pristinum statum reponi et redu
ci et ingumeratas exgomerari expensis
adiacentium prout videbitur suprastitibus eligendis
per antianos ipsos vel saltim prout vide
bitur potestati vel notario dampnorum. Si suprastites
ne eligeret infra x. dies postquam

xxvi fuit requisitus per aliquem vel aliquos
et dicti antiani et dictus potestas vel notarius vel
quis alius officialis teneantur
et debeant sollicitare ad petitionem cuiuscumque pe
tentis procedere in predictis ad penam xxv.
librarum de cuiuscumque eorum salario confiscando
vel qui negligens fuerit in predictis et predictis
providere quilibet dicte viae sive viam
supra apprensam sive supra apprehensam tene
antur et debeant ad penam x. librarum denun
tiare predicto domino potestati vel notario dampnorum
datorum infra xv. dies post capturam predicti
statuti et assignare viam sive vias
supra apprehensas vel ingumeratas sub
sequentibus potestatibus infra x. dies in
principio sui regiminis et predictum capitulum
sit precisum et nec non officiales predicti
et quilibet ipsorum teneantur predicta penitus
inviolabiliter observare.

De ponte faciendo ad fossatum Cicanibus

Item statuimus quod ad fossatum Ci
canibus fiat et fieri debeat quidam
pons lignaminis expensis adiacentium
secundum provisionem et voluntatem Colonii
Simonis et Lucarelli Nicole et quod ligna
mina opportuna pro dicto ponte faciendo
possint incidere et incidi facere ubicumque eis
videbitur et placebit dummodo ille cuius
erunt ipsa lignamina satisfiat ante
quam extrahantur de eorum possessione de pretio competenti.

De fonte sicco actando. Rubrica.

xxvii Item statuimus quod actetur fons siccus
qui stat iuxta rem Cecchutii Marti
nelli expensis adiacentium et suprastites
sint Cicchaccius Anglutii et Nutarellus
Lucas Massucii quibus solvatur sala
rium de communitate reddendientibus dictis
suprastitibus. Quod omnes de Fasgo
moventur. Rubrica.

xxviii Item statuimus quod omnes et singuli

vie Civitatis Amelie publice et vicinales et
loca comunia inter consortes et vicinos purge-
mentur et expagentur singulis diebus
sabati et si aliqua via vel loca predicta
esset ingomerata lapidibus vel terra
pleno in Civitate Amelie si fuerit
ingomerata per vicinos per vicinos
et adiacentes debeant elevari et dis-
gomerari et si per eos per eos debeant ele-
vari et disgomerari. Et si aliqua
via esset supprehensa sive loca su-
pradicta potestas teneatur restitui facere
Et in predictis et quolibet predictorum potestas
teneatur vinculo sacramenti in primis
mensibus sui regiminis omnia et singula predicta
fieri facere cum effectu ad reasitatem cum
augmento. Et si fuerit negligens in predictis
vel aliquo predictorum comprehendatur tempore sui
syndicatus per syndicatores communis Amelie
270 in .C. libris cortonensium statuto aliquo non
obstante. De fonte faciendo in
strata iuxta Sambucetuli. Rubrica.

Item statuimus quod in strata publica
Sambucetuli qua itur Tudertum nomine
dapnorum datorum faciat fieri unum bonum
fontem per homines dicti castri et per ad-
iacentes et per commune Amelie adiuvetur
de redditibus et certa pecunia pro dicto fon-
te faciendo. De ponte sancte Marie
271 in canali reactando. Rubrica.

Item statuimus quod pons sancte Marie in
canali actetur expensis hominum castri
Sambucetuli et aliorum adiacentium
et nomine dapnorum datorum teneatur fieri
facere et suprastites sint Ioanes He-
rigoni et magister Ioanes Egidii [illegible]

Explicit liber pontium et incipit

Liber de officio tubatorum baiulorum
272 Quod banitores faciant banimenta in locis
consuetis.

Item statuimus quod banditores communis
teneantur et debeant bandire et ba-
nimenta facere per loca consueta Civi-
tatis Amelie et quicumque non fecerit pu-
niatur vice qualibet in .V. solidis cortonensium.
Quod castaldi non possint pignorare

273 Item statuimus quod si aliquis pignus
castaldus vel banitor invenerit
seu subpignoraverit aliquod pignus
communis seu specialis persone quod talis castaldus
ligetur et stet ligatus in palatio
communis in camisia per totam diem et ille
qui habet tale pignus inproximo restituat
sine denario et perdat quod debet habere super
dicto pignore et hoc bandiatur per
loca consueta Civitatis Amelie
in principio regiminis potestatis. ad hoc
ut aliquis non possit pretendere igno-
274 rantiam. De salario castaldorum et
tubatorum communis. Rubrica.

Item statuimus quod castaldi communis
Amelie habeant et habere debeant de pe-
cunia dicti communis pro eorum salario .XX. solidos
cortonensium pro quolibet mense et pro quolibet ipsorum.
Et tubatores pro quolibet ipsorum et
pro quolibet mense .XL. solidos cortonensium. Et tuba-
tores sint Cristianus et Tamburellus
Et quando predicti tubatores fuerint ab-
sentes tunc forma statuti per Ioanes
et Angelellus eorum filii et quilibet ipsorum
eorum officium exerceant ut ipsi tubato-
res. Et dicti tubatores possint ci-
tare et relationem facere in civilibus et
criminalibus in quibus non fuerit putaliter
castaldi. Et predicti castaldi et tuba-
tores non possint pro pignore acci-
pere aliquam aliqua arma vel pannos
de lecto vel pannos femineos ad
penam .X. solidorum pro quolibet pignore et qualibet
vice Et predicti tubatores et castaldi

teneantur solvere omne datium imponendum per comune Amelie tam pro libris quam et pro focularibus vel pro quolibet alia causa ab omnibus aut aliis honeribus predictis sint exempti. Et quod aquilieres de prima parata quod servierint castellum non teneantur ad penam etiam si rumpi percuterent sine sanguinis effusione. Et si percusserint cum effusione sanguinis solvat percutiens medietatem pene contente in statuto comunis quod de tali offensa vel percussione loquitur. ·24·

Explicit liber de officio tubatorum et baiulorum. Incipit liber de elemosinis.

De cereo faciendo per potestatem ecclesie sancte Firmine. Rubrica

Potestas Civitatis Amelie que pro tempore fuerit ad honorem dei et beate Firmine maioris Amelinorum ecclesie teneatur et debeat fieri facere de sua pecunia unum cereum sive torticium cere et illum accensum portari facere cum comitiva antianorum populi et aliorum qui fuerint ordinati de sero in vigiliis festi predicti et mane in celebratione missarum facere retineri accensum et ipsum cereum et residuum postea dicti cerei offerat seu offerri faciat ad honorem dei et dicte festivitatis in altare dicte ecclesie in servitio dei et dicte ecclesie remanendum et predicta teneatur facere vinculo iuramenti.

De cereo faciendo per comune ecclesie sancti Augustini et sancti Francisci.

Item statuimus quod ad laudem omnipotentis dei et beate marie semper virginis matris eius et beati augustini et sancti francisci et ut status pacificus dicte Civitatis de bono in melius augmentetur quod festivitates sancti augustini et sancti francisci custodiantur et venerentur per Cives et comitatinos ipsius Civitatis. Et quod nulla persona in dictis festivitatibus audeat vel presumat facere aliquod laborerium ad penam .xx. solidorum. Et potestas teneatur predicta facere bandiri per totam Civitatem et etiam teneatur ire ad missas ad dictas ecclesias tempore dictarum festivitatum cum uno cereo eisdem ecclesiis dimittendo valoris .C. solidorum emendo per camerarium dicti comunis de pecunia comunis predicti absque alia deliberatione.

De elemosina danda fratribus minoribus. Rubrica

Item amore dei dentur et solvantur guardiano fratrum minorum de amelia de pecunia et avere comunis Amelie .xxxv. librarum cortonensium vel dicto loco recipienti. Item dicimus et ordinamus quod si quis temerarie et iniuriose percusserit aliquem fratrem de dicto loco et ordine quod debeat solvere duplum quod continetur in statuto si laycum percusserit. Item quod nullus proiciat trapletum vel proici faciat nec cadavera animalium mortuorum in via que est iuxta ortum fratrum predictorum que vadit ad portam fratrum ad penam .x. solidorum cortonensium.

De elemosina danda fratribus heremitarum.

Amore dei dentur fratribus sancti augustini de amelia in festo sancte Firmine annuatim de pecunia et avere comunis Amelie .xxx. librarum cortonensium et sic fiat fratribus minoribus.



Quod omnes sindici castrorum districtus Amelie offerant cum eorum cereis in vigilia beate Firmine.

Item ad honorem et reverentiam beate Firmine virginis et martiris statuimus et ordinamus quod omnes et singuli syndici castrorum districtus Civitatis Amelie teneantur et debeant offerre singulis annis in vigilia beate Firmine de mense novembris in platea comunis Amelie cum uno cereo cere pro quolibet ipsorum valoris tot unciarum cere quot sunt focularia in castro cuius est syndicus et cum dictis cereis accensis sequi vexillum Civitatis Amelie et cereos artium dicte Civitatis dum portantur ad vigiliam dicte festivitatis ad penam .xxv. librarum pro quolibet syndico et quolibet castro et quod ad predicta facienda requirantur singulis annis in festo omnium sanctorum per preconem domini potestatis.

Quod castaldi obediant antianis

vj Item statuimus quod castaldi comunis Amelie teneantur et debeant obedire et servire antianis et eorum notariis ad penam xii denariorum cortonensium et dicti castaldi non debeant cogi per potestatem vel eius officiales seu familiares ad faciendum specialia servitia ipsorum et si contrafecerit quilibet contrafaciens puniatur in C solidis cortonensium. Et ipsi castaldi non possint aliquod pignus vel aliquod pretium recipere in prima citatione in causis maleficiorum in civitate nec in comitatu et si receperit pignus restituat sine pretio. Pro secunda autem citatione possit recipere unum denarium tantum pro pignore et quilibet contrafaciens solvat comuni Amelie v solidos cortonensium qualibet vice et restituat pignus. Et siquis ex baiulis comunis Amelie alicui de dicta civitate quandocumque modo aliquod pignus acceperit et ipsum pignus non restituerit incontinenti ad petitionem illius cuius est quod credatur cuilibet petenti de emendatione dicti pignoris cum sacramento usque in x solidis cortonensium.

De audiendo minores petentes sibi reddi rationem administrationis. Rubrica


vij Item quod potestas et qui loco eius fuerit et eius officiales teneantur et debeant sine salario et libello audire minores volentes petere quod sibi ratio de gestis et administratis de bonis suis a suo tutore curatore vel actore.

Quod pro comuni Amelie nulla compensatio fiat. Rubrica

viij Item statuimus et ordinamus ne comune Amelie possit in aliquo per aliquem vel aliquos defraudari vel decipi quod nulla compensatio vel excomputatio fieri debeat cum aliquo vel aliquibus de aliquo debito ad quod comune predictum alicui teneretur per potestatem vel antianos populi non obstantibus aliquo capitulo contrarium loquentibus. Et si quando aliquid daretur alicui occasione compensationis quod de suo proprio comuni predicto restituere teneantur. Et quod potestas et antiani populi teneantur et debeant vinculo iuramenti hoc capitulum observare et observari facere. Et potestas ad penam C librarum cortonensium et antiani et quilibet ipsorum ad penam x librarum cortonensium facere legi teneantur cuilibet camerario in primos decem dies sui introitus sub dicto pena et iuramento.

De dissolutis et non vere clericis

viiij Quoniam non nulli temerarii dissoluti layci nec more totaliter laycorum dissolutorum viventes ut suorum honerationum debitorum penas effugere valeant clericale privilegium adipiscuntur et ea propter forum effugiat secularem et eorum malitia remaneat impunita licet quamquam pro atrocissimis delictis vel excessibus et propter huiusmodi impunitates via preparetur multiplicatur delinquendi cum intersit quod ad presens homines coherceant delictis specialiter pena existat ne dignus sit auxilium legis invocare qui cum leges invocat in leges committit. Idcirco statuendum fore videtur quod omnes et singuli clerici qui non sint in sacris ordinibus constituti et qui sacris dei summ candidatos sanctiones et officiis divinis non vacant et assidue non assistant ac habitum et tonsuram et honorem clericorum vitam non gerunt et non faciunt et non sint in cantu et officiis divinis quiescent instructi de omnibus eorum delictis et excessibus per potestatem Amelie et eius officiales puniantur tamquam layci cum dignum sit et in canonibus statutis caveatur ut qui similiter aliis dei gratia similem sentiat disciplinam. Et huic capitulo supplicetur domino episcopo quod se subscribat. Additum est huic capitulo quod quicumque declinaverit iurisdictionem comunis Amelie pro aliquo maleficio vel delicto vel aliqua dativa est imposita pro suis bonis quod incontinenti bandiatur ad fenestram palatii dicti comunis bannis tubis et tangatur de protectione et defensione comunis et quod quilibet de civitate et comitatu Amelie possit eum declinantem et se nolentem submictere offendere sine banno et pena et quod tempore declinationis non debeat habere dationem per aliquem Amerinum ad penam xxv librarum cortonensium. Et si predicti tales clerici in aliquo vel aliquibus omnes sentirent se gravatos et peterent sapientem quod potestas eis teneatur dare eisdem vel alicui ipsorum dare non debeat ullo modo statuto vel capitulo aliquo non obstantibus.



De castro faciendo de massis Asciani et Montenigri

Item statuimus quod ad constructionem et edificationem
castri faciendi de Korbi et massiis villarum aqlani
ni Montis nigri et arquate vel supstites qui
positi sunt in statuto comunis sint supstites una
cum dictis supstitibus magister Saluatus Spaler
Magister Johannes magistri Cetti Magister Bartho
lomeus Bun Bopnus Bisopni et Cecchus
petri Qui supstites una cum dictis supstitibus
positis in dicto statuto comunis teneantur et debeant
dictum castrum construere et edificari facere in uno anno
proximo venturo post publicationem presentis statuti ad
penam .L. librarum cortonensium comuni Amelie soluendam pro
quolibet ipsorum Et quod potestas teneatur et debeat
vinculo iuramenti et ad penam .L. librarum cortonensium de suo
salario comuni solvendam dictis supstitibus dare prosse
auxilium consilium et fauorem Et quod tales su
pstites si fuerint neglientes procedere in ipsos
condepnare et ab eis et ipsorum quolibet condepnationes
exigere pena et pro dictis massiis teneantur et debeant
ire ad faciendum et edificandum domos in loco quo
dicta potestas et supstites duxerint eligendum et ibi
continue morari ad dictam penam Et statutum
capitulum comunis quod de tali materia tractat sit
in sui roboris firmitate Et quicumque iverit
ad dictum castrum et in eo domum fecerit et moram habitan
do continue traxerit volumus autem presenti statuto
esse exemptos ab omni datio et honere personali quod impo
netur pro comuni Amelie hinc ad duos annos proxime
venturos aliquo contrario non obstante. De
his qui debent soluere duos solidos pro qualibet vice pro custodia

Item statuimus et ordinamus quod quicumque est absens
a Ciuitate Amelie occasione officii seu stipendii
vel erit imposterum ad custodiam ciuitatis predicte
quousque absens fuerit non cogatur sed soluat camerario
comunis Amelie mense quolibet duos solidos.

De creditoribus dandis exbandito qui ceperit
alium exbanditum Vetera

Item statuimus quod si quis exbanditus comunis Ame
lie ceperit aliquem alium exbanditum dicti comunis
in pecunia pro vel maiori seu aliquem ex illis

qui fecerunt caualcatam territorium dicte Ciui
tatis ad accipiendum predas in contrata montis ni
gri seu aliquem ex illis qui fecerunt qui fe
cerunt caualcatam ad castrum porchiani seu
aliquem ex illis qui in futurum caualcatam faceret
vel ad caualcandum fuerit in territorio ciuitatis
predicte et eius districtus et ipsum in fortia comunis duxerit
habeat a dicto comuni illam quantitatem quam habere debet
quilibet alius qui non esset exbanditus qui simi
lem captionem fecisset et malefactorem huiusmodi
presentasset hac addito quod habeat securitatem
veniendi Ameliam standi et redeundi per spatium
trium dierum ad presentandum eum quem ceperit sta
tuto aliquo non obstante dummodo presentato
eum non habeant in illis exbanditis qui occiderunt
notarium dampnorum datorum et in Cecchum magistri Jacobi
de Lugnano qui ab huiusmodi beneficio sint exclusi.

De his qui non possunt esse Cancellarii et camerarii comunis

Item statuimus quod camerarius et cancelle
rius comunis Amelie non possint esse Ame
lienses nec eligi in dicto officio qui fuerit in dicto
officio in dicta Ciuitate a sex annis citra et
si fuerit electus electio ipsa non valeat
ipso iure et si quis eum elegerit soluat pro banno
comuni Amelie vigintiquinque libras cortonensium.

De pena custodum non accusantium macellarios.

Item statuimus et ordinamus quod custodes macella
riorum si fuerint neglientes soluant vice
qualibet .x. solidos cortonensium. Quod fiat quod
piscarellum de aqua vagni.

Item statuimus quod fiat quoddam piscia
rellum de aqua vagni que est magistri Cardi
nalis ad petitionem et voluntatem magistri Andree de
cantone expensis adiacentium. Qui male
utentur subbarba sua indicatur tenere administratio.

Ut male utentes eorum subbarba non possint
maliuolorum subrectionibus ad inopiam
peruenire statuimus et ordinamus quod omnibus et singulis
qui male utuntur eorum bonis et substantia per potestatem
Ciuitatis Amelie detur iudicem ad petitionem

cuiuscumque petentis interdicatur administratio bonorum
suorum sic male utentium sua substantia dummodo domino
potestati vel eius iudici fiat fides per iuramentum
trium vel quattuor consanguineorum vel affinium
eius quod male utatur suis bonis asserentium suo
iuramento eum male uti sua substantia absque alia
sollempnitate iuris et sine petitione vel ordine iu-
diciario vel cause redditione et etiam parte absente et
confirmata fide et assertione predicta per dominum potestatem vel iudicem
detur curator bonis dicti male utentis sua substantia
et ei cui facta esset interdictio bonorum Et secundum quod
ad petitionem dictorum consanguineorum seu dicti curatoris quod
nulla persona debeat contrahere vel dictum iniure vel
facere de cetero cum illo tali cui esset bonorum admi-
nistratio interdicta et si secus fieret potestas qui pro
tempore fuerit et iudex eius et uterque eorum teneantur inde-
biter ad petitionem cuiuscumque petentis dictum contractum
post dictum bannimentum factum cassare et nullum pronun-
tiare sine aliqua petitione danda in scriptis et
sine strepitu et figura iudicii et ex eo dictum non
audiatur qui contraxit et ei nullum ius acqui-
ratur non obstante aliquo statuto communis vel populi
Civitatis Amelie quod contra predicta vel aliquod
predictorum in aliquo loqueretur et maxime statutis lo-
quentibus de executione instrumentorum vel preceptorum que-
cumque ad presentem materiam non habeant vel robur
firmitatem. ¶ De stratis et viis custodiendis
per universitates et castra comitatus Amelie.

Item statuimus ut malitia et robarie non commit-
tantur in territorio et districtu Civitatis Amelie
quod homines et universitas castri Sambucetuli
stratam de sancto Leonardo. homines et universitas ca-
stri montis campani et totam stratam de sancta Lu-
cia. homines de sancto Brancatio stratam de pena
homines et universitas castri macchie stratam
montuccie sollicite debeant custodire et custo-
diri facere et si ipsi vel aliqua ipsarum universita-
tum negligentes fuerint et in aliquo dictorum lo-
corum malitia seu robarie commisse fuerint te-
neatur ipsa universitas negligens ad penam.

solvendam communi et emendationem integram dampno passo.

¶ Quod notarii dampnorum datorum non possint habere aliquid ultra salarium

Item statuimus quod officiales dampnorum datorum
vel eorum baiuli non possint petere percipere
vel habere aliquam partem de aliquibus denuntiationibus
seu inventionibus factis vel faciendis per eos de ali-
quibus dampnis datis nec aliquid aliud percipere
vel habere a communi vel specialibus personis aliquo modo vel
causa ultra salarium ordinatum occasione sui offi-
cii salvo si caperent aliquos exbanditos communis
quod possint habere partem per statuta communis vel
populi capitulis ordinatam non obstante aliquo
statuto loquente contra predicta vel aliquod predictorum.

¶ De pena extrahentium bladum extra districtum civitatis Amelie

Item statuimus quod nulla persona terrigena vel
forensis audeat vel presumat portare vel
extrahere seu portari vel extrahi extra fines di-
strictus Civitatis Amelie aliquod bladum
in canestris vel sacchis seu alio modo et qui contra fe-
cerit in xxv. libris denariorum cortonensium pro qualibet bestia
et bladum quod portaretur vice qualibet puniatur
et alibi possit contrafacientes accusare et denuntiare
capere et detinere et curie communis Amelie presentare et
habeat et habere debeat medietatem bestiarum et bladi
que ex suis captionibus detentionibus seu denuntia-
tionibus devenerint in commune et depositarius seu accusa-
tor teneatur in credentia cui denuntiatori cum iu-
ramento credatur si legitime probaverit ipsam denun-
tiam vel accusam Salvo quod dictum statutum non habeat
locum in hominibus de porchiano qui habent terras in
districtu dicte Civitatis videlicet quod liceat eis
portare et trahere bladum quod habent in dictis con-
tratis predicto statuto in aliquo non obstante et
exceptis civibus ad macinandum. ¶ De pena re-
ponentium bladum alibi quam in Civitate vel castris

Item statuimus quod nullus de Civitate seu
districtu Amelie audeat vel presumat repo-
nere seu tenere vel reponi vel teneri facere aliquod
genus bladi alibi quam in Civitate Amelie
vel in castris muratis districtus dicte Civitatis

in quibus habitet a .x. familiis citra et quicumque fecerit in .xxv. libr. vice qualibet condempnetur et quilibet possit contra facientes accusare et denuntiare et teneatur in credentia et credatur sacramento accusatoris si legiptime probaverit et habeat quartam partem banni quod devenerit in comune. Super quibus potestas et rector qui nunc est ad regimen Civitatis Amelie teneatur per homines Civitatis et comitatus inquirere et procedere et inventos culpabiles pena debita condempnare. Hoc addito quod usque ad festum sancte Marie de augusto liceat cuilibet blada sua in areis vel domibus ubicumque portis (?) retinere. ⁋ Quod filii familias non possit accusare sine consensu patris.

xxi Item statutum quod filii familias sine consensu patrum non possint aliquem vel aliquos accusare vel denuntiare de dapnis datis et si accusaverint eorum vel alicuius eorum accusationes et denuntiationes non teneant sed pro nullis et irritis habeantur.

⁋ Quod quotiens tractabitur de electione alicuius officialis nullus audeat aliquid novare.



xxii Item statutum et ordinatum quod quotiens in futurum tractabitur in consiliis antianorum et decem consilio populi et consilio maiori comunis Amelie de electione seu officio potestatis vel de electione Guardiani de electione notarii dapnorum datorum et camerarii vel Cancellerii comunis seu alicuius eorum nulla persona audeat vel presumat novare aliquid preter ad dicta officia vel aliquod eorum nisi prius facta esset remissio et deliberatio per consilia oportuna et qui contra fecerit in .xxv. libr. vice qualibet puniatur de facto et quilibet possit contrafacientes accusare et denuntiare et teneatur in credentia et nichilominus electio que sequeretur ex tali novatione non valeat sed sit ipso iure irrita et inanis et ipsi novato nullum ius acquiratur nec ad illud officium admictatur. Quod statutum semper debeat legi quando de electione officialium tractaretur. ⁋ Quod statuta comunis loquentes de catationibus et cumulationibus (?) observentur in dapnis datis.

xxiii Item statutum quod statuta comunis loquentes de catationibus et registrationibus fiendis et cumulationibus (?) et de contumaciis observentur et habeant locum in dapnis datis et per ipsum notarium dapnorum datorum debeat observari.

salvo quod non teneatur apodissam in scriptis alicui destinare. ⁋ Quod nullus portanarius aperiat portas nisi hora consueta.

xxiiii Item statutum quod aliquis portanarius civitatis Amelie non audeat aperire vel aperiri facere aliquam portam postquam de sero clausa fuerit usque ad diem sequentem hora debita et consueta sine consensu et presentia .iiii.or antianorum populi et qui contrafecerit in .c. libr. vice qualibet per potestatem qui pro tempore fuerit condempnetur. ⁋ Quod Cancellerius comunis teneatur cancellare summas que reperiuntur solute.

xxv Item statutum quod Cancellerius comunis Amelie qui nunc est et pro tempore fuerit possit teneatur et debeat cassare et cancellare omnes et singulas condempnationes et summas dudum latas et ferendas imposterum que reperiuntur solute et misse ad introitum dicti comunis. Item etiam omnes et singulas condempnationes et summas de quibus absolutio seu exgravatio per consilium sapientis et hoc fieri possit et de preteritis presentibus et futuris. ⁋ De pena facientium adunantiam alicuius partis.

xxvi Item statutum et ordinatum quod in dicta Civitate Amelie admodo in antea non fiat aliqua congregatio vel adunantia gentium partis Gebelline vel Guelfe seu occasione partis vel pro aliqua parte ad petitionem alicuius persone seu quocumque modo et nullus ire debeat vel stare ad aliquam adunantiam consilium vel avenga alicuius partis ad penam .x. libr. pro quolibet contrafaciente et qualibet vice et eadem pena puniatur ille qui ad predicta aliquos requisiverit seu requiri fecerit et etiam ille in cuius domo fieret congregatio antedicta et quilibet possit accusare et denuntiare omnes et singulos facientes contra predicta vel aliquod predictorum et teneri debeat in secretum et potestas qui nunc est seu pro tempore fuerit teneatur ad petitionem cuiuslibet et etiam ex suo officio investigare inquirere et procedere de predictis et inventos culpabiles punire et condempnare ad penam .xxv. libr. de suo salario tempore sui sindicatus auferendam de facto. Et nichilominus illi qui contra predicta fecerint ab omni officio et beneficio comunis et populi

de Civitate perpetuo sint exclusi. Et intel-
ligatur congregatio seu adunatia contra predictam formam
omnis adunatia de decem hominibus et a decem hominibus
supra. ¶ Quod quilibet populatus de populo
No. de Civitate teneatur iurare ad populum. Rubrica.
xxvi Item statuimus quod quilibet populatus et de populo
de Civitate in termino statuendo mandato domini
potestatis teneatur et debeat iurare corporaliter ad
sancta dei evangelia et promittere attendere et esse iux-
ta posse ad omnia que spectent et sint ad bonum et pa-
cificum statum communis et populi de Civitate et renun-
tiare omni partialitati et non attendere ad com-
modum vel incomodum alicuius partis videlicet Gebel-
line et Guelfe et tempore alicuius romoris et suspi-
tionis venire ad dominos potestatem Guardianum
et antianos populi qui nunc sunt et erunt pro tempore
et eis et cuilibet eorum assistere obedire et favere in
hiis que mandaverint et eorum mandata exequi pro
bono et pacifico statu communis et populi et non ire
ad domum alicuius nobilis seu alicuius qui sit vel
esset extra populum nec sedere vel associare dicto
tempore suspitionis vel rumoris aliquem nobilem
vel extra populum ad penam Centum librarum pro quolibet
qui contra predictam formam iret ad domum alicuius extra populum
vel associaret et qualibet vice auferendam.
Et ad predicta et ad predicta attendenda et recipienda eligantur
per antianos et rectores artium duo boni et le-
gales homines qui predicta iuramenta et promissio-
nes recipiant pro salario per dominos antianos
et rectores artium ordinando. ¶ Quod filii illorum
xxvii. qui iurabunt ad populum gaudeant privilegio iuratorum.
Item statuimus quod filii eorum qui iurabunt
ad populum et descendentes per lineam mascu-
linam ex ipsis iuratis gaudeant privilegio iu-
ratorum predictorum. ¶ Quod quicumque non iurabit
ad populum non habeatur pro populari. Rubrica.
xxviii. Item quod quicumque popularis et de populo non iu-
rabit ad populum et promittet ut supra vel si ibit
tempore rumoris ad domum alicuius extra populum vel
sequetur non habeatur pro populari sed extra populum.

salvo si in non iurando legitimam excusationem
habet. ¶ Quod omnes et singuli de artibus tenean-
tur ad requisitionem rectorum esse coram rectoribus.
xxx Item statuimus quod omnes et singuli de artibus Civi-
tatis Amel. et qualibet earum teneantur et debeant
ad requisitionem et mandatum eorum rectorum et cuiuslibet eorum
cum voluntate et licentia antianorum populi esse
coram eorum rectoribus armati et inhermes prout
ipsi voluerint ad honorem et regimen dicte
Civitatis et statum pacificum dicti communis et populi ad pe-
nam .C. solidorum pro quolibet contrafaciente et qualibet vice
et maiorem penam arbitrio domini potestatis inspecta
persone et inobeditionis qualitate. ¶ Quod potestas
Guardianus et antiani teneantur favere rectoribus artium.
Item statuimus pro honore et statu dicti communis et populi quod
xxxi potestas et Guardianus et antiani populi qui
pro tempore fuerint et quilibet eorum teneantur et debeant
Rectoribus artium et cuilibet eorum pro bono et pa-
cifico statu dicte Civitatis et augmento populi dare
eis et cuilibet eorum favorem et oportunum auxilium
quotiens ab eis vel aliquo eorum fuerint requisiti.
¶ Quod nullus de granditia audeat intrare palatium antianorum.
Item statuimus quod nullus de granditia audeat
xxxii vel presumat intrare domum seu palatium
habitationis antianorum populi de Civitate sine
expressa licentia antianorum vel maioris partis
eorum scripta manu Cancellarii communis vel alterius
notarii et qui contrafecerit in .xxv. libris vice qualibet
puniatur et de facto per dominum potestatem et quilibet possit contra-
facientes accusare et denuntiare et teneatur in creden-
tia et habeat medietatem banni. ¶ Quod nullus extra
populum audeat offendere aliquem popularem.
xxxiii Item statuimus quod nullus extra populum de Civi-
tate audeat vel presumat dicto vel facto offen-
dere vel offendi facere aliquem popularem et de populo
de Civitate ad penam quadrupli pene contente
in statuto de huiusmodi maleficio loquente in qua
pena per potestatem et rectores communis qui tunc preerit
debeat condempnari non obstante aliquo statuto
communis vel populi quod in contrarium loquatur.

xxxiii

Quod quilibet nobilis teneatur pro famulis suis.

Item statuimus quod quilibet nobilis et de gran- ditia de vel ex populo civitatis predicte qui sit vel in futurum habebit aliquem famulum forensem teneatur et debeat solvere omnes condempnationes et penam pecuniariam qua condempnabitur ipse talis famulus ratione cuiuscumque maleficii commissi per eum. Si vero dictus famulus commiserit aliquod maleficium unde personaliter puniri debet teneatur ipse dominus dare eum famulum coram potestate et officialibus dicte civitatis presentare et in fortia dare et coram mictere vel solvere tantum dicti comunis quingentas libras cortonenses absque diminutione seu remissione aliqua facienda.

xxx

De pena mictentium foresem in civitate.

Item statuimus quod nullus nobilis vel ex populo audeat vel presumat mictere in civitate Amelie aliquem foresem sine licentia domini Guardiani et antianorum populi qui erunt pro tempore ad penam xxv librarum pro quolibet forese et vice qualibet qua fuerit contrafactum.

xxxi

De pena facientium cavalcatam.

Item quod nullus de civitate Amelie vel comitatu audeat vel presumat facere aliquam cavalcatam vel movere aliquam guerram vel aliquam invisitatem seu spatiem predictam sine expressa licentia antianorum populi et rectorum actuum qui pro tempore fuerint ad penam quingentarum librarum. Et nichilominus quilibet faciens teneatur cum effectu satisfacere comuni Amelie et omnibus specialibus personis de dicta civitate et districtu quicumque ipsum cum seu spatiales personas dampnificati fuerint occasione huiusmodi cavalcate vel guerre.

xxxii

Quod nullus nobilis audeat intrare aliquam plateam tempore alicuius rumoris et cetera.

Item statuimus quod nullus nobilis sine mandato domini potestatis Guardiani et antianorum qui pro tempore fuerint vel maioris partis ipsorum antianorum audeat vel presumat tempore alicuius rumoris vel suspitionis de die vel de nocte intrare armatus vel inhermis aliquam plateam civitatis Amelie sed potius morentur quilibet nobilis dicto tempore ad domos sue habitationis et inde non discedat quousque rumor non fuerit sedatus et rusticus steterit in platea ad penam centum librarum cortonensium pro quolibet et qualibet vice per potestatem de facto a singulis contrafacientibus auferendam. Et si potestas in puniendo et exigendo negligens fuerit tempore sui sindicatus pena simili puniatur.


Quod quotiens super aliqua propositione partitum missum fuerit partitum non remictatur de novo.

Item statuimus quod quotiens super aliqua propositione partitum missum fuerit partitum de novo in eodem consilio non possit aliquid dici vel consuli post ipsum partitum predictum super ipsa propositione et si aliquis consuleret seu diceretur sibi non possit nec ad partitum micti et si fieret non valeat ipso iure. Et si ante partitum missum plures consulerint et consilium alicuius preceret sit partito ad bussulas et pallottas ad voluntatem antianorum ad partitum micti possit et debeat consilia alicuius. Si vero ipsa propositio predicta tangeret factum alicuius specialis persone non possit per directum vel per oblicum deinceps in alio proponi consilio toto tempore ipsius antianatus predicti et si fieret non valeat ipso iure.

Item statuimus et ordinamus quod si aliqua ambiguitas obscuritas defectus seu superfluitas esset in hoc statuto reservamus nobis potestatem predictam ambiguitatem obscuritatem defectum vel superfluitatem possimus interpretare declarare corrigere et in suo esse reducere.

Lectum oplectum ⁊ plubicatum fuit dictum statutum populi p̄ dictos statutaros tpr̄e potestatis mangnifici viri Dni de leyna Ciuitatis Amel pfactu roman populi hon patris et tpr̄e Antianatus discretorum viror. Herrici petri Angeloci Antheini. Sam perini iuen. bati capocij. Angeluci factum ⁊ petringnani gōe Antian ppli Ciuitatis pdc in palatio populi in salecta i qua more mōe Antiani psendi odes ordi Antiano sunt ⁊ rogat ⁊ scritum usq a principio hui statuti usq ad .xx. cartam p me marchum manis not de Amelia ep̄ptum statut semplent una cu ad marco colay not ꝑte deputat Sub anno dni millo trecetesio .xxx. tpr̄e dni Johais pape xxii. ind. viii. mens Julij die xxv.

Et ego marchus manis de Amelia al me dnis pfacti aucte not ⁊ Jud ord pdc omnibus interfui psens rogat scripte ⁊ de man ⁊ aucte dictor statutaror dictum statutum una cu dco ci marco colay scripsi ⁊ publi caui p pte mea otingneti ⁊ sing meo osueto singnaui.



Singnum mei marci manis not

Lectum fuit dictum statutum ppli p me marchum manis not pdictum ⁊ p dictum marchum colay in Consilio ppli ⁊ p dictum Consilium approbatum cu bussulas ⁊ palluct

presentibus Antonio de para cancell co mis Amelie ⁊ ceras trina Antian e ⁊ Angelello iusti de Amelia ⁊ Cecolo phi de colle mança testib ad pdcam lectioni approbat et vocatis ⁊ rogatis Sub anno dni millo trecentesimo .xxx. ind viii mens Agusti die quinta intrante.

Et ego marchus manis de Amelia alme vrbis prefecti aucte not ⁊ Jud ord pdc lectioni ⁊ approbationi psens rogat una cu dco ci marcho colay de man licentia ⁊ aucte dci Consilij ppli pdcam lectioe ⁊ appro bationi p parte mi otingnetu scripsi publi caui

Et Ego Marcus Adam colay de Amelia Imperiali aucte not ⁊ Judex ord pdce lectioni ⁊ approbationi ⁊ omib ⁊ singulis pdcis interfui et de aucte dci osilij tres ultimos quaternos otine tes decemseptem folios vna cu dco Marcho manis a dco osilio rogatus scripsi ⁊ publicaui ⁊ me subscripsi ⁊ signum meum apposui osuetum



Signum mei Marci colay not

In dei nomine amen. Anno domini m° ccc° xxvi indictione
viiii tempore domini Iohannis pape xxii die iii mensis
augusti. Congregatis dominis antianis et sex
ex nonnullis decem de populo in palatio populi dicte ci-
vitatis, facto et obtento inter eos partito ad
bussulas et pallottas, concorditer et concordie
ordinaverunt quod nulla persona audeat vel presu-
mat facere aliquam unionem ligam confederationem
promissionem vel ordinationem contra offitium
antianatus populi vel contra populum, seu statum
populi dicte civitatis, nec audeat aliquis
corrumpere dictum offitium, populum vel statum, et
qui contrafecerit in predictis vel aliquo predictorum
condempnetur vice qualibet in mille libris bon(oniensium)
et si erit in fortia communis, et infra decem dies
a die late sententie dictam condempnationem non sol-
verit cum effectu, quod ducatur ad locum iustitie
et ibi amputetur ei caput a spatulis, ita
quod taliter quod moriatur. Si vero passus fuerit
exbandiri, omnia sua bona devastentur et
devastata iaceant, et coram antianis publicentur
et siquo tempore venerit in fortia communis, et infra
decem dies condempnationem factam de eo non sol-
verit, quod ducatur ad locum iustitie supradicta pena
capitis puniendus. Super quibus potestas et
guardianus dicte civitatis qui pro tempore fuerint
et uterque eorum qui prevenerit possit et debeat
procedere ad petitionem cuiuslibet petentis, et ex offitio
suo et omni modo quo voluerit, et etiam
quilibet possit contrafacientes accusare et denumptiare,
et teneatur in credentia, et omnis unio, liga
confederatio et obligatio que fiet contra dictos
antianos, offitium antianatus et populum, sit cas-
sa irrita et nullius valoris, et nulla persona scribere
seu scribi audeat huiusmodi unionem, ligam, confede-
rationem promissionemque vel obligationem ad penam
centum librarum.

Quod quidem ordinamentum approbatum fuit in
consilio populi, die dicta facto partito ad bussulas
et pallottas.

Die xxi mensis septembris sub dictis annis domini.
Congregatis quinque ex antianis populi et vii ex
nonnullis decem de populo facto et obtento partito ad
bussulas et pallottas, concorditer et concordie or-
dinaverunt, quod tempore maioris consilii in palatio communis
coadunati, nullus de civitate Amelie se-
deat durante ipso consilio a stanga maiorem
intus, et quod nullus consiliarius sedeat inter
antianos et decem, set ipsi antiani et decem
sedeant in scanno contiguo nullo existente medio
inter eos, et qui contrafecerit in predictis vel aliquo
predictorum in quinque solidis de facto vice qualibet
puniatur.

Die xxviii mensis septembris sub dictis annis domini.
Congregatis omnibus antianis populi et vii ex
nonnullis decem de populo in palatio populi, facto et ob-
tento inter eos partito ad bussulas et pallottas,
concorditer et concordie ordinaverunt quod presens
potestas et quilibet alius potestas, et qui fuerit
pro tempore ad regimen dicte civitatis, teneant
et debeant exigere omnes et singulas datias
impositas suo tempore, et etiam teneantur et debeant
exigere et executioni mandare omnes et singulas
condempnationes (nisi fuerint dep.) eorum et cuiuslibet eorum tempore factas
quantacumque dicta in quantum fieri poterit, videlicet
condempnatos de quibus habebunt fideiussores
seu bona condempnatorum vel pro condempnato repo-
nent in civitate Amelie vel eius districtu
ita quod si exactio condempnationis fieri non posset
in pecunia fiat saltem executio in bonis
condempnati. Potestas vero et omnes locum et offitium
tenentes, qui in predictis vel aliquo predictorum
negligentes fuerint tempore sui syndicatus condemp-
netur de suo salario in tantundem cum predicto
quantum in eam venire potuerint et debuerint de
ipsis datiis et condempnationibus non exactis

31v

Et nichilominus camerarius communis qui pro tempore fuerit teneatur et debeat retinere de salario ipsius rectoris qui in predictis vel aliquo predictorum negligens erit, tantum quantum in eo venire potuit et debuit de ipsis condempnationibus et datiis, et si non fecerit quicquid solverit ultra dictam formam intelligatur non de bonis communis sed sive propriis persolvisse.

Approbatum fuit suprascriptum ordinamentum in consilio populi, antianorum et decem per dictos pro tempore existentium in dicto consilio in palatio populi more solito congregato, facto partito ad bussulas et pallottas, die xx iiii mensis septembris, anno domini m iii xxx, presentibus

die iii mensis octubris, sub dictis anno et domini

Congregatis quidem dominis antianis populi et ser viris decem de populo in palatio populi dicte civitatis Amelie, facto et obtento partito ad bussulas et pallottas, concorditer ipsi antiani et decem ordinaverunt omni modo, via et quibus modis potuerunt, quod nullus nobilis vel de Grandinem civitatis vel comitatus Amelie audeat vel presumat accipere ab aliqua persona titulo emptionis, emptoris, donationis, concessionis seu aliquo alio titulo vel colore, iuris vel actione, realis vel personalis, seu aliquo alio, quod aliquis de populo vel plebe civitatis vel comitatus Amelie seu in bonis alicuius plebeis de ipsa civitate vel comitatu. Et si non fecerit, in quinquaginta libris cum ... et privationem omnium iurium, eidem acquisitorum. Et potestas qui pro tempore fuerit debeat condempnare, et nichilominus ipsa concessio, donatio, emptio seu quis alius contractus celebratus contra dictam ordinamenti formam ipso iure sit cassus, irritus et nullius valoris, teneatur etiam et debeat

ipse potestas ad petitionem cuiuslibet petentis de predictis contra quamcumque personam inquirere, procedere, punire et condempnare de facto et omnino, si conventum fuerit contra dictam formam, facere, tenere eas et tenere omnibus exceptionibus et dilationibus pro remissis. Et si non idem rector in predictis negligens fuerit in quinquaginta libris, tempore sui syndicatus debeat condempnari.

Approbatum et firmatum fuit suprascriptum ordinamentum in consilio populi dicte civitatis, facto et obtento partito ad bussulas et pallottas, sub anno domini millesimo iii xxx, indictione xiiii, tempore domini Johannis pape xxii, die xvii mensis februarii.

die xx iiii mensis ianuarii, sub anno domini millesimo iii xxx, indictione xiiii, tempore domini Johannis pape xxii.

Congregatis dominis antianis populi et decem de populo in palatio populi dicte civitatis, facto et obtento partito ad bussulas et pallottas, ipsi antiani et decem concorditer ordinaverunt et statuerunt quod nullus nobilis et quod homo quod nobilis de civitate vel districtu Amelie seu nobilis qui habitet in dicta civitate audeat intrare camera potestatis vel capitanei civitatis vel alicuius eorum, seu cameram alicuius officialis eorum vel alicuius eorum, vel aliquo eorum loqui possit vel obviare in aliquo parte palatiorum communis vel populi, vel ad banchas ipsorum palatiorum ad penam xxv librarum pro quolibet et qualibet vice. Et quilibet potestas, capitaneus vel officialis eorum audeat loqui cum aliquo nobili de dicta civitate vel districtu seu habitatore ipsius civitatis alibi quam ad dictas banchas ... in penam quod tempore sui syndicatus ... et quilibet possit accusare et denuntiare et teneatur in credentia, et credatur sacramento accusantis cum uno teste fide digno.

Tenetur ipse rector ... procedere

quinquaginta libris

m

f f

Approbatum fuit suprascriptum ordinamentum in consilio populi ad sonum campane et voce preconis in palatio populi more solito congregato, facto in ipso consilio et obtento partito ad bussulas et palloctas, secundum formam statuti populi civitatis predicte, sub dictis annis domini, die iiij mensis februarii.

In dei nomine amen. Anno domini millesimo iij° xxxi, indictione xiiij, tempore domini Johannis pape xxii, die vi mensis februarii. Congregatis dominis antianis et viij ex modo dicte de populo in palatio populi civitatis Amelie, dicti antiani et decem facto et obtento inter eos partito ad bussulas et palloctas, concorditer et providentia ordinaverunt quod nulla persona audeat vel presumat intrare cameram potestatis seu capitanei civitatis Amelie, vel alicuius eorum seu aliorum eorum offitialium, nec cum eis vel aliquo eorum loqui in aliqua camera vel in sala principali palatii comunis, exceptis antianis populi salvo tempore in dicta sala fiet consilium credentie maior, ita quod tunc in ea necnon possit libere intrare, et qui contrafecerit, in x libris nisi qualibet puniatur, et quilibet possit offitiales accusare et denuntiare et teneatur in credentia. Item quod potestas vel capitaneus qui pro tempore fuerit, vel aliquis eorum offitialis non cum loquatur cum aliqua persona contra dictam formam ad dictam penam. Et predicta locum habeant in camerariis et comitatu civitatis predicte.

Approbatum fuit suprascriptum ordinamentum antianorum et decem de populo in consilio populi dicte civitatis, in palatio populi more solito congregato, facto partito ad bussulas et palloctas, sub dictis annis domini, die xiiij mensis februarii.

In dei nomine amen. Anno domini millesimo iij° xxxi, die xviij mensis februarii, tempore domini Johannis pape xxii, indictione xiiij. Congregatis antianis populi civitatis Amelie et decem de populo in sala palatii populi, facto partito ad bussulas et palloctas, ordinaverunt quod illi qui amodo seu detinuerint molendina prope lacus comunis teneantur et debeant ad penam quinquaginta librarum hinc ad kalendas iunii proxime venturas aperire et aperiri facere portam de prope lacus, ita et taliter quod aqua bene fluat per dictam portam, et discoperto erectio ante ipsam portam ex parte interiori versus lacum teneantur et debeant fieri facere portam cadetoriam et levatoriam et dicta porta bona et sufficiente, cum aliis et singulis necessariis ad claudendum et aperiendum infra dictum mensem, ad sensum et voluntatem superstitis portarum cum ponderis illo omnia fiat expensis dicti eorum [illegible]

Item ordinaverunt quod nullus de civitate Amelie vel eius districtu audeat dare impedimentum dicto vel facto, quominus dicta porta aperiatur et recludatur eo modo quo dictum est, ad penam quinquaginta librarum denariorum cortonensium, de facto a contrafacientibus auferendam, cuius pene medietas sit comunis Amelie et alia offitialis qui ipsam penam acceperit. Quam penam potestas et quilibet alius offitialis civitatis Amelie exigere a contrafacientibus teneantur, et dictam portam aperiri facere et portam cadetoriam fieri facere infra dictum tempus, sub debito iuramenti et ad penam centum librarum de suo salario. Et quod antiani qui pro tempore fuerint teneantur predicta ordinamenta notificare potestati et aliis offitialibus omni mense in maiori consilio, quod predicta faciant observari et dare operam cum effectu quod predicta omnia et singula inviolabiliter observentur, ad penam viginti quinque librarum pro quolibet antiano.

32v

Item ordinaverunt quod nullus civis Amelie, vel districtualis, seu de diocesi civitatis predicte audeat vel presumat procurare vel procurari facere per se vel alium modo aliquo colore quesito seu recipere offitium potestatis vel Guardianatus vel capitanei civitatis predicte, vel vicariatus alicuius eorum, et qui procuraverit recipere, acceptaverit seu quolibet usus fuerit offitia predicta vel aliquod eorum, puniatur et puniri debeat in mille libr. [illegible] ad quam penam solvendam cogatur ipse propriis, si haberi et inveniri de iure poterit et si non posset haberi vel inveniri cogatur filius pro patre, pater pro filio, frater carnalis pro fratre, et nichilominus ille talis non recipiatur ad ipsa offitia vel aliquod eorum, set expensis comunis defendatur et operetur quod illud tale offitium non habeat nec operetur set ab eo penitus removeatur. Et etiam offitiales ipsius potestatis sit infamis et decetero non habeat offitium in comuni, de qua pena nulla fiat remissio et etiam in palatio de pignoribus officiales nostri qui executionem fecerint de predictis habeant et habere debeant medietatem omnis quod ex ipsa executione devenerit in comuni.

Approbata fuerunt suprascripta ordinamenta in consilio generali dicte civitatis in palatio generali more solito congregato facto in ipso consilio et obtento partito ad bussulas et pallottas, sub dictis annis domini, die xxiiii mensis februarii.

In dei nomine amen. Anno domini m.ccc.xxxi indictione xiiii tempore domini Johannis pape xxii, die xv mensis martii. Congregatis dominis antianis et viii ex numero dicto de proposito facto et obtento partito ad bussulas et pallottas ordinaverunt omni modo et iure quibus melius potuerunt, quod omnes et singuli castaldi comunis Amelie teneantur et debeant ad penam decem librarum pro quolibet, omnia pignora que acceperint pro negotiis et executionibus comunis dicti et assignare camerario dicti comunis, infra secundam diem postquam acceperint, hac forma servata in solutionibus dictis castaldis fiendis, quod camerarius presens tempore assignationis pignorum satisffaciat castaldo assignanti de suo salario secundum formam statuti, et tempore quo restituit, duplum eius quod dederit ab eo cui restituit accipiat pro comuni. Que quidem pignora dictus camerarius teneatur et conservare debeat usque ad finem sui offitii, et si illi quibus accepta fuerint in recolligendo negligentes extiterint, dictus camerarius infra tertiam diem ante finem sui offitii pro comuni ipsa pignora omnia vendere teneatur bandito prius quod habentes in comuni pignora velligant infra terminum antedictum, quod eadem dictus ante finem camerarius antedicti. Hoc addito quod quilibet castaldus qui pignus acceperit nomen sui in scriptis ab eo a quo accepit relinquere teneatur.

Et si

Item suprascripti antiani et octo dicto die xvii mensis martii, facto partito ad bussulas et pallottas, ordinaverunt quod omnia et singula ordinamenta, statuta et reformationes comunis Amelie loquentia de represaliis tollendis sit firma, et ea omnia dominus Guardianus (sive potestas) civitatis predicte teneatur et debeat exequi et executioni mandare et in obedientes penas et banna imponere et de facto exigere, et omnia et singula facere que spectant ad executionem ipsorum ordinamentorum, statuto aliquo non obstante, ita et taliter quod ipse represalie penitus tollantur.

Approbata fuerunt suprascripta ordinamenta in generali consilio facto partito ad bussulas et pallottas et obtento per duas partes, die dicta.

In dei nomine amen. Infrascripta sunt ordinamenta facta per providos viros Lucium Iacobi Anelli, Petrum Angelutii, Iannem Offredutii et Pistolleum Antianos populi civitatis Ameliae, et per dominum Machum Angeli, dominum Petrum magistri Petri, magistrum Salvatum Angele, Petrum Massariucoli, magistrum Calassium magistri Pauli, Iacobum Iohannis, magistrum Iacobum Nicolai et Marinum Angeloli, vocatos et electos per Antianos predictos, super conservatione status pacifici dicte civitatis, cum consensu et voluntate nobilis et potentis viri domini Raynaldi de Vicecomite Guardiani dicte civitatis, xv
et cum eis commissa per consilia opportuna, et per me Antonium Petri de Perusia cancellarium dicti communis scripta. Sub anno domini millesimo iii xxi, indictione xiiii, tempore domini Iohannis pape xxii, die xxiiii mensis maii.

In primis electi domini Guardianus, Antiani et sapientes ad conservationem status pacifici dicte civitatis ordinaverunt quod Antiani populi qui nunc sunt et erunt per tempora teneantur et debeant continue de die et de nocte morari et habitare in palatio populi vel in aliqua domo iuxta ipsum palatium, comedere et iacere simul, et habeant pro eorum salario pro quolibet et quolibet die quo sic habitaverint quatuor solidos et possint habere unum famulum secundum formam statuti populi positi sub rubrica de electione Antianorum.
xvi
cass

Item ordinaverunt quod nulla persona de civitate vel comitatu Ameliae audeat vel presumat ire vel mittere seu facere quod mittantur pro eorum amicis vel specialibus personis, aliquo colore quesito, in subsidium vel gravamen alicuius domini vel baronis, seu persone, seu alicuius civitatis vel terre facientis guerram vel cavalcatam, et quod nullus habitator civitatis predicte faciat con-
xvii
cass

predicta vel aliquod predictorum, et quod contrafecerit puniatur et condempnetur per potestatem et Guardianum dicte civitatis et per utrumque eorum condempnari possit in centum libris cortonensium, cum causa amicitie personalis, cum modo quod ipsorum potestas et Guardianus in procedendo puniendo alterum predictorum ipsum debeant terminare et alter a cognitione ipsius delicti penitus sit exclusus, ita quod sufficiant condempnationes ab eorum altero condempnati. Hoc addito quod si post mandatum factum per dictos potestatem vel Guardianum per ipsorum partem de consensu et voluntate Antianorum populi, seu per ipsos Antianos vel per partem ipsorum, aliquis civis seu comitatinus, seu vel habitator civitatis vel comitatus, contra predicta vel predictorum aliquid attemptare presumpserit in quocumque casu, predicto contrario modo et forma predictis debeant condempnari et in utroque casu puniatur et puniri possit condempnationes in maiori arbitrio domini potestatis vel Guardiani cum consensu et voluntate Antianorum populi qui erunt per tempora, considerata qualitate persone, criminis et delicti.

Item ordinaverunt quod quotiens Guardianus populi dicte civitatis mictit familiam suam de nocte per civitatem, teneatur et debeat requirere et requiri facere potestatem ut mictat familiam eius cum sua familia, et quando potestas cum familia de nocte mictet, modo predicto Guardianum requiri facere teneatur.
xv
cass
scripsit in ...

Item ordinaverunt quod statutum populi sub rubrica de non constringendo Antianos per potestatem extendatur et habeat locum in personis decem de populo, qui nunc sunt et erunt per tempora.
cass

Item ordinaverunt quod Guardianus populi debeat videre et iudicare habeat, teneatur et debeat in consilio populi et in consilio maiori consilio et arengo super qualibet proposita, et cum primo quod dictum alicuius mitti debeat ad partitum, et si contra factum fuerit, quicquid deliberatum fuerit, maneat.
xvi
cass cass

Item ordinaverunt q nemo audeat dicere l
gridare q aliqs dns spualis ul' temporalis
ul' aliqua pars ghelfa ul' gibellina vivat
ul' moriatur, ul' quid aliud sile et qui
contrafecerit si fuit vetus in viginti quinq;
libr. si plans in x libr. p Guardianum
dce cois debeat condepnari, et si no minor
xv annis fuit pena sit ipi dni Guard.
arbitrio mitiganda.

Ite q nemo audeat mictere in civitate
Amel. aliquem forensem sine licentia dni
Guard. q nc est ul' p tpe fuit, ul' c
voluntate custodis porte ad penam centum
libr. a quolibet contrafaciente, de facto p Guard.
dce cois, vice qualibet auferenda, forens
no q intraverit ul' missus fuit contra dcam
formam pena sibi puniat et in mittentes
q missus, si penam pdcam no solverit
i termino pdcum dnm Guardianum
assignatum, q post eidem debeat con
puniri. hoc addito q omnes custodes
ad portas qn custodibus violentia fiat
debeat ipos custores iuvare q posse
ad penam x libr. p quolibet q Guard.
pdcum a contrafaciente vice qualibet
auferendam.

Ite ordinaverunt q nemo audeat ferre
cortos ul' falones ul' cervos
porte in manibus occasione adventus
ul' victorie alicuius dni, ul' pro habe
ul' knee in partibus pensis ad penam
quinquaginta libr. a quolibet contrafaciente
p potestatem et Guardianum et alterum
eorum q prius possit incepit auferenda
de facto, hoc addito q si contrafaciens fuit
minor xv annis, puniat a x sol.
infra arbitrio pdctorum.

Item ordinaverunt q nullus civis ul' habi
tator civitatis Amel. audeat p se ul'
cum aliquo alio facere aliqua cavalcata
ul' guerram movere contra aliquam communitatem
castrum, Barone ul' spalem psonam, ul'
pdam accipe ul' aliquam cavalcatam, ul' accipi
facere ex districtu civitatis Amelie, ul'
receptare, et qui contrafecerit puniat vice
qualibet, p potestatem et Guardianum
civitatis Amelie et alterum eorum qui in
procedendo pvenerit si fuit eques in
centum libr. et si pedes in xxv libr.
salvis aliis penis siquae reperiant per
forma statutorum et ordinamentorum cois ul'
pti civitatis pdce, et nichilominus tales
contrafacientes debeant coe et spales psonas
dce civitatis indepnes pservare contra...

Ite ordinaverunt q si aliquis suo noie
ul' noie alterius dixit se ul' alium gravatum
ee ab aliqua sententia, precepto, processu, cohertione
ul' executione facta ul' lata quocumq; modo et
quacumq; ca p potestate civitatis Amelie,
ul' aliquem eius officialem, et potestatem sapi
ente sedm formam statutorum civitatis
Amelie, sapientes nominandis p dcum potestatem
et eius officiales, sit et debeat Guard.
dce civitatis ul' eius iudex, videlicet
qn ipe Guardianus est Judex, ul' iudicare
sedm hec, qui Guard. ul' Judex de dco
gravamine cognoscat et coram ipo possit pponere
pdcum gravatum et alium eius noie, omnes
defensiones ipi contra potestates quocumq; modo et
salarium solvendum sapienti sedm formam statuti
solvat camerario dce cois q ipo ea recipiat
et faciat potestatem dci sapientis, potestas et eius
iudex, facti gravamen, ad dcum Guardianum

et eius iudice remictat, nec eum
donec, datum et publicatum fuit consilium,
ad penam centum librarum de suo salario vel
tenus non procedes, set premictat secundum for
mam consilii dicti domini Guardiani vel eius iudicis.
Quod consilium idem dominus Guardianus vel
eius, infra viii dies spatium, dare te
neatur et debeat ad dictam penam. Et
quod predicta sententia eius, loquens de sapientum
dando, in eo quod esset presenti ordina
mento contraria, sit suspensa. Hoc addito quod
presens ordinamentum non vendicet sibi locum
in illis contumacibus qui dicerent per se
alios fore gravatos, et eo, si quis
diceret se vel alium gravatum ab aliqua
sententia preceptis executione, lata vel ferenda
per dominum Guardianum vel eius iudicem
quod sapientes nominandus sit iudex domini po
testatis, et in omnibus ut dicitur est sit
de ipse gravamine cognoscat, dum
modo presens ordinamentum non vendi
cet sibi locum tempore officii Guardiani
presentis, in aliqua parte sui.

Item ordinaverunt quod Guardianus dicte civitatis
et sui offitiales teneantur et debeant vendi
cavisse et ad penam quinquaginta librarum de
salario ipsius Guardiani exigere et exigi facere omnes
penas et condepnationes latas per potestates et
offitiales preteritos, et omnes datias impo
sitas et suo tempore imponendas. Quod ordi
namentum locum non habeat tempore presentis domini G.

Lecta fuit et approbata fuerunt suprascripta
ordinamenta per suprascriptos dominos antianos et
sapientes nominatos per eos, sub dictis anno
domini die xxiiii mensis marcii.

In dei nomine amen. Anno domini millesimo ccc.iii. xxvi
Indictione quarta, tempore domini Iohannis pape xxii, die
xxii mensis maii. Congregatis omnibus antianis
populi civitatis Amelie, et viii ex nunc electis
de populo, in palatio populi dicte civitatis, sono
et obtento partito ad bussolas et pallottas,
ordinaverunt concorditer et concorditer, quod omnes
et singuli condepnati actenus per rectores
ac offitiales dicte civitatis usque in diem
presentem, solvere et solvi teneantur et debeant
eorum condepnationes, hinc ad quindecim dies, ad penam
quarti plus, quia pena cum ipsa condepnatione,
dictis quindecim diebus elapsis, solvere teneantur.

Item quod omnes et singuli qui non solverint
datias impositas actenus, tam pro catastum
quam pro caput hominis pro custodia civitatis,
solvere eas et solvi debeant cum omnibus
penis ordinatis et positis, hinc ad quinque
dies proximos venturos, ad penam dupli et
quarti, quas datias cum duplo et quarto
dictis quindecim diebus elapsis, teneantur et debeant
solvere, aliis penis ordinatis super omnibus actenus
in suo ordine permanentibus.

Lecta et approbata fuerunt suprascripta ordinamenta
in consilio populi dicte civitatis in palatio populi
congregato, sono et obtento partito in ipso consilio,
per liii consiliarios mictentes suas pallottas
in bussula alba, non obstantibus duobus
mictentibus in bussula nigra. Sub dictis
anno domini die suprascripto.

Ego Antonius Petri de Pirro
imperiali auctoritate notarius et nunc cancellarius
dicte civitatis, predictis ordinamentis interfui
et approbationi eorum et cuilibet eorum
et ea rogatus scripsi et publicavi.

[illegible] [illegible] tenor [illegible] presentis [illegible] capitis [illegible] tenor [illegible]
[illegible] respondent [illegible] predictus amicis [illegible] nomine [illegible]
34 [illegible] nomine acquisito [illegible] [illegible] aliqua [illegible]
[illegible] [illegible] possit [illegible] post [illegible]
[illegible] [illegible] non potest [illegible] amicis
[illegible] [illegible] [illegible] notarii quibus [illegible]
[illegible] ad [illegible]

[illegible] [illegible] Blasii [illegible] notarius

In nomine domini amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo tricesimo octavo, indictione sexta, die ix Januarii, pontificatus sanctissimi patris domini nostri domini Benedicti divina providentia pape xii anno quarto, examinatum, correctum et firmatum fuit presens statutum cum additionibus et correctionibus supra positis per nobilem virum dominum Andream de Cerreto legum doctorem iudicem in Patrimonio generalem, salvo et reservato quod si per dictum statutum vel alia capitula in eo contenta essent contra honorem et iurisdictionem sancte Romane ecclesie, domini Capitanei Patrimonii vel eius Curie libertatem ecclesiasticam vel apostolicum beneficium aut officium [illegible] Curie generalis seu contra constitutiones Curie Patrimonii aut contra nos dominum vel aliquem dominum specialis seu per cognitio meri et mixti imperii attribueretur ultra debitum rationis aut alia forent iniqua, iniusta, ambiciosa vel [illegible] sint cassa et nullius momenti, reservato arbitrio dicto domino Capitaneo predicta statuta corrigendi [illegible] placuerit.

Ego Johannes domini [illegible] [illegible] clericus apostolica et imperiali auctoritate ac nunc Camere et Curie dicti Patrimonii publicus notarius predictis interfui et ea de mandato dicti domini iudicis publicavi ac signavi ⁘



Recepi ego Jo. [illegible] pro iudice tres flor. et pro not. sex [illegible] et tantum [illegible]

In nomine domini amen. Anno domini millesimo ccc xxxviii, indictione vi, tempore domini Benedicti pape xii, die ix Januarii examinatum, correctum et approbatum ac confirmatum fuit hoc presens statutum cum additionibus et correctionibus suprapositis per nobilem et sapientem virum dominum Andream domini Petri de Cerreto legum doctorem iudicem in Patrimonio generalem, salvo et reservato quod si in presenti vel [illegible] statuto essent aliqua capitula que essent contra honorem et iurisdictionem sancte matris ecclesie, domini Capitanei Patrimonii vel eius curie libertate ecclesiastica vel apostolicum beneficium, aut contra nos dominum vel aliquem dominum specialis seu per ea cognitio meri et mixti imperii dicto communi attribueretur ultra debitum rationis, aut alia forent iniqua, iniusta, ambitiosa vel exorbitantia sint cassa et nullius momenti, reservato arbitrio dicto domino Rectori et suis iudicibus predicta statuta corrigendi, addendi, cassandi, mutandi et minuendi quotiens et quando sibi placuerit.

Et ego Johannes quondam [illegible] de [illegible] imperiali auctoritate notarius et nunc notarius curie generalis dicti Patrimonii predicta de mandato dicti iudicis scripsi et publicavi meoque consueto signo signavi.

In nomine domini amen. Anno domini millesimo [illegible] quadragesimo, indictione octava, die xxviii mensis Januarii, pontificatus domini Benedicti pape xii anno sexto, examinatum, correctum et approbatum fuit presens statutum cum additionibus et correctionibus supra positis et [illegible] modum formam et conditiones in [illegible] precedentibus correctionibus et approbationibus positis per [illegible] virum [illegible] iudicem Curie Patrimonii.

Et ego Alexander quondam Alexandri de Montefiascone publicus apostolica [illegible] notarius et nunc [illegible] Curie [illegible] predicta mandato dicti iudicis scripsi et publicavi [illegible]



Signum [illegible] meo

1334

35

36

Laborem non refugit qui meritum
Placet enim fidis ocio laudabilia for
Ocium sine litteris mora est

[illegible]